

8

Letterat. ⁹Voliane

Compon. Scenif. Musica

Capt. T. H. 15.

CHRISTVS ⁷¹⁵
AD CALVARIVM.
ORATORIVM.
SIVE
IOCVS SACROSCENICVS.



BIBLIOTECA
COMUNITATIVA
DI BOLOGNA

Mantuae, Apud Osanas, Ducales Typographos,
Superiorum permissu, 1687.

LOCVTORES.

Christus.

Gratia.

Misericordia.

Adam.

Sensus.

Mors.



PARS PRIMA.

Sen.



Rmati milites
Stygiz voraginis,
Mortis imaginis
Vexilla pandite.

Mors.

Vmbra luctifica
Mea facies horrida,
Mea turba torrida
Terrores spargite.

Sen.

Vos turbæ sonate,
Vos fortes pugnate;
Christi vincite sortem:
Bella non timeo, non vulnera, mortem.

Gra.

Insane vinceris,
Infide perderis.

Sen.

Quis me vincet?
Quis me perdet?

Gra.

Gratiz caput,
Gratia plenus
Te prosternet Nazareus.

Chri.

Cede, proterue, cede
Redemptori morienti;
Calcabo regna tua solido pede.
Clauorum spiculis,
Mez Crucis baculo

Prosternam te ,
In Monte pauidus ,
Ligatus , humilis
Venies ad me . Clauorum , &c.

Quem sic zelo cernis vltum ,
Quem verberibus onustum ,
Condemnatum , vt iniustum ;
Est supremus Cæli Dux .

Sertis floridis ornatum ,
Et vnguentis odoratum ,
Spinis , clavis vulneratum
Te domabit alma Crux .

Sen. Sum paratus ad bellum ,
Expeditus ad arma ;
Meæ instructæ cohortes
Expectant signum pugnæ inuictæ , & fortes ,
Non iacebo à te prostratus ,
Furiæ Tartari stant pro me :
Quamuis Cherub stipet latus ,
Spero sternere , vincere te ,
Non timebo ,
Non pauebo ,
Querat quisque defendere se .
Non iacebo , &c.

Gra. Sile , barbare , sile . *Sen.* Quis contendit ?
Quis sensum offendit ?
Non sum barbarus , non crudelis ,
Sum humanus , sum fidelis ,
In me nihil est amarum ,
Quid quid dono est dulce , & charum ?

Gra. Sile , barbare , sile .
Es amarus , es crudelis ,

Tuos

Tuos flores armant spinæ ,
Es immanis infidelis ,
Tui fauores sunt ruinæ .
Tù non donas nisi vile .
Sile , barbare , Sile , &c.

Mis. Misericordiæ sortem ,
Quæ mihi sceptrum Orbis
Affert per Christi mortem !

Ada. Gentium beatum Ducem ,
Nam nunc per Christi Crucem
Paratur medicina antiquis morbis !

Mors. Non cedam Saluatori . *Grat.* Inuida cedes .

Sen. Obstabo Redemptori . *Mis.* Impie recedes ,

Grat. Brachio potenti ,
Et vincenti
Tentas obsistere ,
Et resistere
Fallaci spe .

Mis. Deo redimenti ,
Et clementi
Technas disponere ,
Moras ponere
Non est in te .
Brachio potenti , &c.

Mors. Excellæ tibi affixus ,
Meis telis confixus ,
Ad sepulcrum traheris ;
Subiectus morti , ò Christe , inuictus eris .

Chri. Nimis audax , & importuna ,
Mors ieiuna
In loquendo tù mihi es .
Non sic eris cum eleuatus ,

A 3

Et in

Et in ligno terebratus.
 Meus te calcabit pes.
 Nimis audax, &c.

Ada. Pro me, Christe, vis mori?
 Felix ergo peccatum,
 Ad quod lauandum plenè,
 Sanguinem fundit Numen Incarnatum.

Sen. Adhuc, Christe, contendes?
Mors. Adhuc mea iura tollere pretendes?
Sen. Contra Sensum
Mors. Contra Mortem } nil proficies.

Chri. Vt Mundum liberem,
 His membris laceris
 Codrus æthereus
 Sum passus tegi.
 Sic petit Gratia,
 Sic mandat Pietas,
 Subueniendum est captiuo gregi.

Grat. Crucis pondere
 Sensum comprime;
 Satisfaciendum est offenso Regi.

Chri. Vt Mundum liberem, &c.
Mise. Mortis vulnere
 Mortem interime;
 Obediendum est æternæ legi.

Chri. Vt Mundum liberem, &c.
 Iam ad Mortem accedo.
Mor. Nondum, Christe, à te discedo.
Gra. Tecum venio mi Iesu.
Sen. Ego quoque pugnando,
Ada. Et ego lacrymando. *Mis.* O felix Adam!
Sen. Ad Mortem, *Gra.* Tu morieris.


Sen.

Sen. Ad bellandum, *Chri.* Tu vinceris;
Sen. Mors assiste.
Mis. Pugna, o Christe;
Om. Est terribile certamen;
Chri. Ego tamen
 Non formido,
 Sed confido,
 Quod deiecto Sensu, & Morte,
 Adæ conferam lauamen.
Om. Est terribile certamen.

Finis Primæ Partis.



SECUNDA PARS.

Mor.  Hriste fugio de campo horrendo ;
Iam sum victa ,
Derelicta ad Inferna descendo .

Sen. Oh quot (infelix heu) plagas attendo .

Mis. Quot sum pergis aspectu pallido ,
Quo pede rapido
Fugam acceleras
Imbellis Mors ?

Grat. Quorsum Sensus demisso lumine ;
Gradu præcipiti
Tam tristis properas
Inermis Mors ?

Mor. Me clavi fauciant .

Sen. Me ferit lancea .

Mor. Mortem Mors superat .

Sen. Crux fortem deprimat .

Chri. Dolces Clavi , lancea chara !

Sen. Quam amara tua mihi Mors !

Mis. Chara lux , quam summi Amoris
Redemptoris
Vis ostenditur in me !

Ada. Chara Crux , quæ sædi erroris
Peccatoris
Totam pænam fers in te !

Mis. Chara lux , &c.

Grat.

Grat. Accede , Sensus , accede ;
Quare superbia tua , rebellis , tacet ?
Mundum Factori suo , perfide , cede .

Sen. Cedo : potentia mea prostrata iacet .

Chri. Veni Munde ad Saluatorem ;
Christi amorem
Signat Crux .
Ad placatum Conditorem
Per cruorem
Ero Dux .

Grat. Mortales currite
Guttas colligite
Sanguinis Dei .
Maculæ fugite
Vos vndæ abluite
Peccata Rei .

Sen. Vndæ pro me fatales !

Mis. Gemmæ vobis sunt , Mortales ;

Mor. Iste mihi naufragium est Sanguis .

Chri. Et pugno , & vinco , quamvis exanguis ,
Mors enecatur , & ego morior ,
Sed post Mortem , vt Sol exorior .

Sen. Iam languero , iam spiro ;
Anhelitus deficit ,
Et rauca fit vox .

Mors. Iam faucia suspiro ,
Iam Vita me conficit ;
Mea pellitur nox .

Grat. In morte Iesu , tua Gratia triumphat ;

Mis. Misericordia , æterne Dux , exultat .

Mors. Tū vicisti Saluator ,
Per te vicit peccator ;

Mors

Mors exarmata cadit,
Et tibi triumphanti palmam tradit.
Sen. Crucifixe pugnasti,
Hominem reparasti,
Et Sensus debellatus
Iugiter ululabit catenatus.

Gra. Adam, plaude Victori,
Qui, ut vitam daret tibi, elegit mori.
Dura ligamina validè soluere,
Vincula ferrea fortitèr frangere,
Agmina perfida strenuè fundere
Potuisti Cælorum Rex.
Nunc grates congruas Gratia reddere,
Nunc laudes debitas Gloria pangere,
Nunc lauros meritas capiti cingere,
Tibi parat triumphi lex.

Dura ligamina, &c.
Ada. Iesu dulcis, Iesu chare,
Pro tanto munere
Digna rependere
Vires impares sunt in me.
Ego tamen non auarè,
Quæ possum gutture
Deuoto cantica
Nunquam desinam texere in te.
Iesu dulcis, Iesu chare, &c.

Chri. Parce, Pater, peccatori,
Pro quo mori me iussisti.

à 2 Vicisti.

Chri. Parce, Deus, Crucifixori,
Qui me mori præcepisti.

à 2 Vicisti.

Gra.

Gra. Perëat Sensus.

Mis. Pereat Mors.

Ada. Viuat Cæli æternus Dux.

Gra. Viuat Crux.

Mis. Gaudeat Mundus.

Gra. Gaudeat Polus.

Ada. Cessat Dolus.

Mis. Victor Christus regnat Dux.

Omn. Viuat Crux.

FINIS,



BIBLIOTECA
COMUNITATIVA
DI BOLOGNA

023204

